



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 51. Martinus IV Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

§. LI.

Sæcul. XIII.  
A C. 1281.*Martinus IV Papa.*

Cæteri Cardinales tandem die Cathe- *Yordan. ap.*  
dræ S. Petri 22 Febr. 1281 Papam *Papebr. co-*  
elegerunt Simonem Cardinalem Presby- *nat.*  
terum de S. Cæcilia. Erat Gallus Mon-  
pincæi in agro Briensi natus. Sed diu  
Turonibus habitaverat, cum esset in Ec-  
clesia S. Martini Canonicus & sacri Præ-  
fectus ærarii. Quamobrem Turonensis  
esse videbatur Italis. Cardinalis a Papa  
Urbano IV pariter Gallo mense Decem-  
bri an. 1261 creatus, bis, ut vidimus, in  
Francia egerat Legatum, primo Urbani *Rayn. n. 8.*  
IV, deinde Gregorii X. Suffragiis ita  
restitut, ut pallium ejus lacerarent ponti-  
ficium obtrudentes. Denique cedens  
nomen Martini sumpsit in honorem San-  
cti, cui Turonibus servierat. Etsi vero  
secundus hoc nomine Papa fuerit, Mar- *Rayn. n. 6.*  
tinus IV dicitur confusis probabiliter  
duabus Marinis cum Martinis. Cum  
Viterbum ob vim Cardinalibus illatam  
interdicto affectum esset, Urbem Veterem  
petiit, nondum adeundam sibi Romanam  
judicans Annibaldorum Ursinorumque  
factionibus nimium turbatam.

§. LII.

§. LI.